

Lex XII tabularum (Auszug)¹

Tabula I

1. SI IN IUS VOCAT, ITO. NI IT, ANTESTAMINO: IGITUR EM CAPITO.
2. SI CALVITUR PEDEMVE STRUIT, MANUM ENDO IACITUR. 3. SI MORBUS AEVITASVE VITIUM ESCIT, IUMENTUM DATO. SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO.
4. ASSIDUO VINDEXT ASSIDUUS ESTO. PROLETARIO IAM CIVI QUIS VOLET VINDEXT ESTO.

Tabula IV

2. SI PATER FILIUM TER VENUM DUIT, FILIUS A PATRE LIBER ESTO.

Tabula V

3. UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELAVE SUAE REI, ITA IUS ESTO. 4. SI INTESTATO MORITUR, CUI SUUS HERES NEC ESCIT, ADGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO. 5. SI ADGNATUS NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HABENTO.
- 7.a. SI FURIOSUS ESCIT, ADGNATUM GENTILIUMQUE IN EO PECUNIAQUE EIUS POTESTAS ESTO.

Tabula VIII

- 1.a. QUI MALUM CARMEN INCANTASSIT ...
2. SI MEMBRUM RUPSIT, NI CUM EO PACIT, TALIO ESTO.
3. MANU FUSTIVE SI OS FREGIT LIBERO, CCC, SI SERVO, CL POENAM SUBITO.
4. SI INIURIAM FAXSIT, VIGINTI QUINQUE POENAE SUNTO.
- 8.a. QUI FRUGES EXCANTASSIT ...
12. SI NOX FURTUM FAXSIT, SI IM OCCISIT, IURE CAESUS ESTO.
21. PATRONUS SI CLIENTI FRAUDEM FECERIT, SACER ESTO.

¹ Zitiert nach Rudolf Düll, Das Zwölftafelgesetz, München 1971.